morata sunt mutare dicuntur.
Accipiat ergo testes adhuc
incolumes atque viventes qui-
bus quia de fide nostra dubitat
magis credat. Sed si adeo in-
fideles sunt profiteor quod non
illis sunt credituri. Ceterum
aut quemquam qui vel tenuem
sensum religionis habeat tantum
piaculi nolle committere ut
putet quemquam de martino
posse mentiri. Facessat a quoquam
qui sub deo vivit ista suspicio.
Neque enim martinus hoc indiget
ut mendaciis asseratur. Sed tamen
totius sermonis fidem apud te
Christe depromimus. Nos non alia
dixisse nec alia dicturos quam
que aut ipsi vidimus aut que
manifestis auctoribus vel ple-
rumque ipso referente cognovimus.
Ceterum et si dialogi speciem
quo ad levandum fastidium lectio
variaretur assumpsimus nos pie
prestruere profitemur historie
veritatem. Hec me extrinsecus
inserere non nullorum incredu-
litas non sine meo dolore com-
pulerit. Sed redeat ad nostrum
sermo consensum in quo cum me-
tam studiose audiri videam fateor
necesse est Apronum fecisse con-
stanter qui repulit infideles
eos tantum veritas audire
debere qui crederet. vj

c. Efferor si quidem credatis
spiritu et pre dolore totus
insanio: non credet martini
virtutibus cypriani quas de-
mones fatebantur. Monaste-
rium beati viri duobus a civitate
erat milibus disparatum. Sed
si quotiens venturus ad eccle-
siam pedem extra cellule
sue limen extulerat vide-
res per totam ecclesiam ener-
guminos rugientes et quasi
adveniente iudice agmina
damnanda trepidare ut
adventum episcopi clericis qui nes-
cirent esse nescirent. demoniorum
gemitus indicaret. Vidi quendam
appropinquante martino in aera
raptum manibus extensis in-
sublime suspendi ut nequaquam
solum pedibus attingeret. Si
quando autem exorcizandorum
demonum martinus opera re-
cepisset nemini manibus
attrectabat nemini sermo-
nibus increpabat sicut ple-
rumque per clericos rotatur tur-
bo verborum sed admotis ener-
guminis ceteros iubebat
abscedere ac foribus obseratis